



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Quæst. I. De decreto comitanti diuino concurrenti ad liberos creatæ
voluntatis actus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

CERTAMEN II.

Negativa conclusio contra priorem modum decreti comitantis independentis à scientia media speciatim statuitur.

extrinsecæ, & concursus inseparabiliter, ac omnino indivisi-
re ipsa identificeat, ac proinde totalitate effectus, est
non totalitate causæ alterutrius tota actio respondeat, nec
minus actionis alteri, quam utrique implicat plane decre-
tum hoc causam influxivam in actionem, quæ ipsius est,
priusque natura esse, non autem actionis creaturæ, quæ
idem omnino cum actione Dei est, debetque proinde in-
fluxu eodem ponere in rebus cum actione sua, quin hanc
in physica positione possit ab actione creaturæ decretum
illud comitans physica efficacia, & actiuitate sua, quæ
præcisiua ex parte termini non est, separare. Illæ autem
considerationes eiusdem entitatis actionis, ut est à crea-
tura, & ut est à Deo, principia, & agentia diuidant, seu
supponunt diuisa, non autem actionem: quod satis ad du-
plicem denominationem duplici agenti actiuam tribuen-
dum, & passiuam actioni eidem, non autem ad diuiden-
dam actionem ut pars solum eius agentis vni, pars verò
alia agenti alteri tribuatur: ut opus erat ad doctrinæ hu-
ius vitandam implicationem. Dixi consulo ea in te Hur-
tado ab expressa reliquorum decreti comitantis Docto-
rum sententia recessisse; à virtuali enim, & ad quam vi
consequentiæ ijs ferè omnes (nimirum, qui ex eis decreta
libera Dei adæquate per Deo intrinseca constituunt; in
eoque à Vazquez discordant,) vel inuiti trahunt, (ut
non semel contra, 2. & 3. attingimus, fusiisque cert. 2.
persequemur) minime recessit; quinimò ingenue, quod il-
lis cogitatu faciliè ex sua sententia fuerat, ipse palam pro-
fessus est: tamen, si, ne in Domini canonum prædetermina-
tiua præfinitorum sententiam, & absurda abire ea distin-
ctione actionis, proxi à Deo, & proxi à creatæ voluntate co-
mitem sententiam & absurda declinare irrito tentauerit,
3. Tam verò, quoniam de efficacia decreti cuiusvis ef-
ficacia est physica, & metaphysica cum suo obiecto, seu
termino conexio, atque hoc decretum concurrenti comi-
tantis determinationem creatæ voluntatis efficax sit de
concurfu extrinseco suo præstando, ita huic physice, &
metaphysice conexio esse ab eius authoribus asseritur,
ut legimus illum necessario absolute deuoluat implicetque
proxius decretum eiusmodi absolute absoluta concursus
Dei positione absolute persisteret. De fundamento vero
vltimo, seu radice connexionis decreti huius cum diuino
concurfu nonnulla, neque momenti parui, inter decreti
huius comitantis Authores discordia est: eorum enim
plerique (Vasquez nimirum exceptis reliqui) docent
in ipsa decreti natura, tanquam in fundamento vltimo,
primæque radice connexionem hanc decreti comitantis
cum diuino concurfu extrinseco, quin illam radicem sup-
ponat, omnino fundari: ita Smilg. Montepiloso, Pontius,
Derkennis, Ribadeneyra, & iuniores. Vazquez verò Arru-
bal, & recitantes Murciani primam eius connexionis ra-
dicem in scientia media, qua decretum regulatur, Deus-
que ad illud concipiendum dirigitur de consensu, seu de
cooperatione, & determinatione voluntatis creatæ sub-
hat, vel illa uocatione, seu auxilio, & aliis in hypothesi
ponendis, quæ, dum inferius contra eos agitur, explica-
buntur. Hoc aditram, ut solum necessitatem consequen-
tem consensu, & determinationis creatæ voluntatis ex
ea cooperatione decreti huius comitantis cum diuino con-
curfu eiusmodi determinationi, & consensui creatæ vo-
luntatis inferri defendant. Quemadmodum ex præfinitio-
nibus Suaristicis solummodo inferri Suarez & assecla
concedunt: ac subinde cum consensu nostri libertate
amicè componi: ac cum præfinitiois ipsius infrustrabili-
tate: quod ipsum de decreto comitanti concurrenti
cum creatæ voluntate fore videtur, si ad illud, sicuti
ad Suaristicam præfinitioem, concipiendum scientia
media determinationis, & consensu voluntatis creatæ
Deus dirigitur: ex quo fiet, ut Deus iuxta horum sen-
tentiam decretum comitans concurrenti, non nisi sub
auxilio, sub quibus determinationi voluntatis creatæ,
cuiusque consensu conditionate fore visus est, concipi-
pi à Deo possit; sicuti, nec, nisi sub eisdem potest con-
sensus Suaristicè præfinitur; si verò decretum hoc co-
mitans concurrenti scientiæ mediæ nostræ determina-
tionis, & consensu sub tali auxilio tandem non innitatur,
ut priorum sententia ferebat, poterit illud Deus sub qui-
buscumque auxiliis in eorum sententia concipere. Pec-
uniaria, quæ pro hoc decreto Derkennis, & Ribadeneyra
excogitant cert. 2. producam: ea siquidem soluendo ar-
gumento negatiuæ nostræ conclusionis excogitata sunt.

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tom. I.

1. Decretum concurrenti necessarium cum causis
creatis liberis, efficax concurrenti determinati ab
intrinseco, comitans, neque est, neque esse potest, Dixi ne-
cessarium. Hoc enim indagamus, ut dependentiam creatæ
causæ liberæ à causa prima indagemus, quæ, cum vltra hu-
ius indigentiam diuini concursus liberæ à Deo exhibitæ
non sit: illud solum decretum, & concursum necessarium
ipsi, ut libere operetur, seque ad alterum indifferens po-
tentialitatem extremam determinatam determinet, inquitimus:
indigentia enim necessaria satisfaciunt, non superflua:
tum etiam, quia constitutum adæquatum sufficiens ad
futuritionem conditionatam, constitutum est: ad suffi-
cientiam autem sola necessaria veniunt. An autem Deus
vltra id, quod causæ creatæ liberæ necessarium, sufficiens-
que ex parte Dei causæ primæ, & vniuersalis est, ut ope-
retur, atque vltra Dei debitum illi causæ concursum, circa
illam, cuiusque assensum vel antecederet vel comitaret
posset Deus decernere, & operari, vel de se se, vel depen-
denter à scientia media, non huius loci, sed tractatus de
præfinitioem diuinarum absolutarum possibilitate omni-
nino est, vbi de supererogatorijs, atque indebitis creatæ
causæ liberæ decretis diuini agitur. Dixi etiam de de-
creto comitante concursus determinate efficax ab in-
trinseco. Tum, quia hoc adstruit affirmatiua sententia, cui
hac conclusione contradicimus. Tum, quia de hoc solum
est, esseque questio potest. Nam decretum indifferenter
concurrenti, quod adstruit, qui comitans hoc efficax
concurfus determinati negant, ab extrinseco efficax, &
comitans etiam efficax esse non negant, negareve pos-
sunt: denominatione nimirum extrinseca à concurfu,
& consensu per illud de facto posito, à quo actiue effi-
cax, efficiens, & agens decretum illud necessariò extin-
secus denominabitur. Ita explicatam conclusionem no-
stram negatiuam docere Dominicani præfinitores præ-
determinatiui, qui, ut præfinitioes suas prædetermina-
tias nostrorum actuum liberorum adstruerent, decretum
hoc comitans, & efficax concursus sui, quo saluari facilius
posse libertatem, atque aliquibus suis argumentis satis-
fieri præfenserunt, antequam ab aliquo assereretur, impa-
gnationibus præoccuparunt, ut videtur est apud Alvarez de
auxilijs & alios qui non solum eius sententiæ, sed & dis-
curibus student. Consentunt item ex nostris ferè om-
nes, qui solo decreto indifferenter concurrenti creaturam
causarum, & operationum liberarum saluari posse liber-
tatem defendunt; eos q. 2. recensebimus.

2. Probatur primo conclusio contra constituentes de-
cretorū diuinarum libertatem non per extrinsecos eorum
effectus, sine actione, sed per Deo omnino intrinseca: ut
omnes pro decreto comitante recitati constituunt, præter
Vasquez, Arrubal, & Alarcon, implicat in hac libertatis
decretorū Dei constitutione decretum Dei esse comitans,
ac non prioritate naturæ antecedens determinatione crea-
tæ voluntatis: ergo, dum comitans determinatione creatæ
voluntatis ab his asseritur decretum concurrenti cū illa,
asseritur decretum impossibile. Consequentiæ est legitima.
Antecedens probatur. Implicat id, quod natura, & essentia
sua est causæ alterius in aliqua linea causalitatis, non esse
in eadem linea prius naturæ, & causalitate, atque esse simul
cum illo, cuius in eadem linea causæ est. Primo: quia erit
causæ, ac non erit causæ illius in ea linea; atque rursus in
eadem linea erit prius prioritate causæ, & posterius scripta;
dum pro signo posteriori, effectus sui in ea linea causalita-
tis collocatur. Pergo sed constituta libertate decreti con-
currenti per Deo intrinseca, non antecedentis, sed comitantis
determinatione creatæ voluntatis admittitur causæ actiuam
non esse priorem naturæ, & causalitate in sua linea effectus
suo in eodē gradu in quo est effectus: quare nec eius cau-
sam esse, atque item in eodē gradu posteriori eius lineæ.

Kkkk 14

REGA
part
Ma

esse: & quidem per liberam voluntatem, & decretum sibi immanens, & adæquate, in tua sententia, intrinsicum in actu primo proximo ad causandum constituit: atque hoc totum extrinsecum creaturæ esse, & cum actione, & effectu extrinsecum, de quo est decretum, esse connexum: voca illud actionem, & causalitatem, ac non causam; tamen prioritatem, & physicam connexionem, seu efficaciam cum actione, & effectu extrinsecum inevitabiliter apponendo non minus, imò causalitatis, & actionis nomine, magis explicas: cum nulla actio adhuc creata absque suo termino esse possit: quare non solo infruitrabilitatis decreti divini; sed, & actionis nomine decretam concurrendi connexionem physice, & essentia sua adductivum sui concursus, & consensus nostri, quid nisi physice, efficaciam, declarat: Prioritatem naturæ, quam voce causalitatis vult recentior ite occultare, quia in creatis actio, & terminus ad idem posterius naturæ spectant per plures: id quidem verum certo solum habet, cum actio, & terminus identificatur, & demus probabile esse; cum actio, & si à termino differat se tamen ex parte termini habet, & cum illo comproduciuntur, & suo modo ab agente progreditur. Atque, cum, & diversæ entitatis à termino producto est; nec ex parte termini se habet, ut quid cum illo comproduciuntur suoque modo ab agente progredientis; imò verò ex parte agentis se tenet, ipsique actio identificatur, ut de decreto Dei, quod actionem vocari vult, hic recentior fatetur, ad prius naturæ, & causalitatis, ad quod agens ipse spectat, debet pertinere: argumens eodem, quo certum omnibus est, ad idem posterius naturæ pertinere, ad quod effectus, cui identificatur spectaret. Atque, ut tam recentior iste, quam alij eius periculo discant, quanta doctrina, & veritatis iactura vocem solum abusu grauibus Theologicis difficultatibus faciat: in communiori doctrina, adeoque communiori, ut opposita ab aliquibus grauibus censuris (immerito me iudice) notetur: nempe processione actuum in divinis identificari cum persona producunt, & passivum verò cum procedente v. g. actuum generationem cum Patre, passivum cum Filio, inferunt iuxta hanc recentioris doctrinam Patrem absolute, ac verè loquendo non esse priorem origine filio: siquidem actio originaria intrinsicè ipsis ipsam non esse prius origine filio facit; sed ad signum posterius origine filij illam, quatenus ipsam producit, & efficaciter producit facit pertinere ex conceptu processionis: sicut in decreto Dei ipsi identificato respectu actionis nostræ extrinseci contingit: hoc autem in divinis personis admittit trinitatem v. minimam est, ut vidimus contron, de Trinitate: ergo, & decretum concurrendi, ac Deus per ipsam causa effectiva prior natura, & causalitate, & efficax est respectu sui concursus determinate decreti nostrique consensus illi identificati: ergo, dum comitans illam affertur contradictorium naturæ ipsius assentit: ac, dum efficax adstruitur, libertas nostra violatur ab huius decreti auctoribus, qui per Deo intrinsicè eius libertatem constitunt.

CERTAMEN III.

Eiusdem primi modi decreti comitantis per Deo intrinsicè adæquate consistunt impugnatioes aliæ.

1. A Rgno tertio. Quia decretum Dei hoc infruitrabile naturæ suæ esse, ergo nequit esse comitans solum determinationem creatæ voluntatis. Probo consequentiam. Quia si patet comitans sit in horum sententia, quam nunc impugnamus, erit natura sua infruitrabile eiusmodi decretum, quod eius naturæ, & antecedenti apud omnes, etiam electarios, constanti, luminèque naturæ noto contradicit. Infruitrabilitatem eius decreti probat: quia convenientia duorum agentium liberorum proximè in idem opus, & operationem, prosum infruitrabilis, (ut opus est ad decretum illius infruitrabilitatem) tripliciter excogitari solammodo potest. Primo, ut alterius determinatio alterius

agens in determinationem ad idem ipsum agendum necessario indefectibiliter, atque irresistibiliter trahat, & hic modus in decretum pure comitans non quadrat, sed in decretum antecedens, & Recentium Thomitarum memoratum: siquidem ex eius determinatione determinatio creaturæ in consensum, eiusque operationem veniret: vnde ad eam, & consensum proximè libera creatura non esset, sicuti esset Deus. Atque ad pure comitantem duplicis agentis liberi, Dei nimirum, & voluntatis, utriusque proximè, & ex æquo liberam, oportet liberam proximè esse creaturam. Secundò cum alterum saltem ex duobus illis agentibus proximè liberis, & pure comitantem se determinaturis alterius determinationem, antequam se absolute determinet, ac proinde conditionatam eius determinationem præcisius, sese purificata conditione determinat, inique absolutam determinationem alterius determinationi absolute comitem adiungit: & hic modus ab his, quos modo impugnamus non admittitur, nec locum in præfenti habere posse inferius ostendemus contra secundum modum radicandam connexionem decreti huius cum divino concursu, determinationeque, & consensu creatæ voluntatis. Tertio indefectibilitas determinationis alterius liberi proximè agentis posita determinatione pure comitante æque proximè liberi agentis alterius excogitari posset per sympathiam quandam, qua determinato vno alterum de sese sympathice in idem determinaret. Ultra hos sane modos, non, nisi casualis viriisque determinationis coniunctio ac proinde defectibilis reit: quare cuiusque ex illis determinatio natura sua frustrabilis est, tamen de facto non frustrari eam posse absolute contingere. Propterea tertium hunc modum Ribadeneyra, & Derkennis nostri locis citatis, alique ex nostris Recentiores amplectantur.

2. Derkennis siquidem ait Deum decreto indifferenti non solum applicatio suæ omnipotentia sed & voluntatis divinæ ad creatam voluntatem, non solum omnipotentia, & actiuitatis suæ sed & voluntatis suæ determinationem: & decretum concurrendi creatæ voluntatis determinationi committere: ac proinde, sicut huius determinationis per consensum omnipotentia, & actiuitatis divinæ operationem, & concursum se cum comitante solum trahit, ita, & voluntatis divinæ determinationem concurrendi, seu de concurrendo determinate cum creatæ voluntate decretum se cum comitante desolvit. Vnde, sicut Deum solum remote, non autem proximè liberum in cooperando admittit ita nec in decreto, & determinatione voluntatis suæ ad concurrendum determinate cum voluntate ad consensum Deum proximè liberum esse, sed solum remote fatetur: quatenus in concipiendo decreto illo, non omnipotentia suæ solus, sed, & voluntatis suæ ad voluntatem creatam proximè liber tuit: De reliquo enim penes voluntatis creatæ libertatem omnino est, & seipsam, & voluntatem divinam ad volendum consensui ipsius determinate cooperationem determinare. Quemadmodum in communi nostrorum sententia, qui decretum indifferens solius omnipotentia applicativum admittunt, liberè quidem cooperari creatæ voluntati absolute, sed remote, non autem proximè, fatentur. Vnde, huius Auctoris sententia, comitantia hæc determinationis utriusque voluntatis ad ponendum consensum voluntatis creatæ, est similtas earum determinationum sit; non tamen sympathia: quia antequam decretum, quo se divinæ determinationi creatæ voluntas committit, præsupponitur; sicuti neque omnipotentia concursus cum creatæ voluntate sympathicus est: quia simili decreto indifferenti applicatio divinæ omnipotentia ad voluntatem creatam innititur: quare ea similtas ex commissione physica voluntaria alterius voluntatis, & actiuitatis in alteram voluntatem, & actiuitatem quoad concursum; & determinationem; non autem ex sympathia est. Certè hic modus rectè comitantiam propriam decreti, & determinationis divinæ voluntatis ad concursum ad extra, & consensum nostrum determinate cum nostra voluntatis determinatione, & libertate componit; sed reiiciendus aliunde est. Primo: quia proximam Dei etiam in decernendo determinate, & apponendo concursu suo libertatem, cui solum tuendæ excogitatum decretum comitans est, deserit aperte: Secundo,

Kkkk 2

REGA
part
Ma

Secundo, quia, ea deserta, absque illo libertas remota sola voluntatis diuinae in operando decreto indifferenti applicatio omnipotentiae voluntati creatae ad diuinæ actiuitatis vsum saluatur: quare applicatiuum aliud diuinæ voluntatis necessarium non est.

3 Tertio; quia positio hoc decreto indifferenti applicatio diuinæ voluntatis ad creatam, adhuc non est determinatio voluntatis diuinæ, seu decretum determinationem concurrendi: ergo non potest esse, aut concipi à Deo comitanter, & pro eodem signo creatæ determinationis, seu consensus voluntatis creatæ. Probatur consequentia. Siquidem nec determinatione, & consensu creatæ voluntatis constituitur decretum illud determinationem concurrendi (in horum sententia de eius per Deo intrinseca constitutione adæquata) vllatenus potest: nec denuo absque alicuius motui cognitione, quod pro priori nondum appareret, potest à Deo haberi: nequique aliud esse præter determinationem creatæ voluntatis, vel conditionatam (cuius conditionatæ scientiæ non inniti comitans hoc decretum Recentior hic statuit) vel absolutam: & tunc decretum, ea præsentia regulatum determinationem creatæ voluntatis non comitans quidem, sed sequens erit: nec concurrendi ad eius determinationem, & consensum, quem absolute positum supponit, poterit esse decretum. Ac demum cum hac ita commode ex nuda Dei voluntate possint euenire; imò tandem de facto posito indifferenti huius recentioris decreto venire fatendum ipsi sit, decretum illud indifferentis voluntatis diuinæ ad creatam applicatiuum, etiam quoad determinationem, & affectum voluntatis diuinæ determinatæ ad concursum, cum voluntate creatæ, eiusque consensum tendentis non singulariter solum, sed otiose, ac irritò prorsus excogitatum est. Dixi autem quoad determinationem voluntatis & affectum ad concursum, & consensum creatæ voluntatis, vt eusionum præoccuparem, quæ ex sententia satis communi, & mihi vera, ex indistinctione etiam metaphysica omnipotentia à Diuina voluntate potest adhiberi. Imò & pro Deo sententia argumentum contra nos retorqueri: etenim in ea nostra, & satis communi sententia de identitate, etiam formali, diuinæ potentia, & voluntatis duplex determinatio, & exercitium, seu actus diuinæ voluntatis subordinatus tamen est, si enim disparatè, ac non subordinatè se haberent dubio procul duplex principium formale terminarent: sunt autem diuinæ voluntatis actus alter affectiuus, qui decretum, & volitio Dei libera est tota ad intra consummata, & constituta: eoque medio actum alium effectiuis, & effectus ad extra immediatè ponit: quin intermedio alio prædicato potentia actiua, cui eius determinatio affectiua, adhuc metaphysicè, intimari, vt ab ea actio prodeat, intelligatur egere: quare, & si, quoad extrinsecum actum operationis, & consensus creati, qui simul à creatæ voluntate essentialiter prouenit, applicari diuinæ omnipotentia, seu voluntas voluntati creatæ possit, eiusque determinationi, & consensui libero subdit; secus autem quoad actum affectiuum voluntatis diuinæ intrinsecè prorsus identicè physicè, & adæquatè à Deo concipiendum. Siquidem physica affectiua voluntatis cuiusvis determinatio, cuique voluntati propria essentia sua est, nec alterius voluntati delegabilis physicè, etsi delegabilis sit moraliter, & ciuilitè: demum ex hac doctrina inferitur, Deum æque, ac nos actionem prauam comitanter velle cum praua nostra ad illam determinationem Dei voluntatem ad illam determinationem determinemus.

4 Restat pure ac propriè sympathica determinationis vtriusque affectiua diuinæ per decretum Deo adæquatè intrinsecum, & humanæ per operationem, & consensum cooperationi, & concursui extrinsecò Dei identitatem comitans consensio: quæ excogitari rursus potest dupliciter (si non mutua inter vtramque voluntatem, & adæquata cogitur) sed solum ex parte voluntatis alterius, nempe, vt determinationem diuinæ voluntatis comitari debeat, comitemque se præbere determinationi voluntatis humanæ, vt videbitur fors Ribadeneyra sentire, cum totus sit in componenda libertate creatæ voluntatis cum decreto comitantis efficacia, & physica connexionem cum illa, ex eo, quod comitans solum

fit non antecedens, solumque comitanter, non consequenter determinationem creatæ voluntatis trahat, atque eius consensum deuoluat: è contra, ex Deo recitro, & impugnatò nuper modo detrahens quilibet decretum indifferentis præuim diuinæ voluntatis applicatiuum voluntati creatæ, etiam quoad illius affectiuam determinationem, nudamque voluntatem diuinam cum sua natua libertate, & potestate relinquens, dicere possit; sympathicum motum solum ex parte diuinæ voluntatis se tenere, non autem ex parte voluntatis creatæ: quia diuinæ voluntatis determinatio determinationi creatæ voluntatis comitem se adiungere, eamque comitari tenetur; non autem contra determinatio creatæ voluntatis comitari debeat determinationem diuinæ. Vtriusque huiusmodi alicuius exemplum est in nostro rationali, & sensitiuo appetitu, siue indifferenti voluntate, & appetitu nostro, alii que nostris executiuis facultatibus, in quorum motibus mutua sympathia, & adæquata ex parte vtriusque non intercedit, etsi enim ad determinationem, & motum liberum voluntatis moueri etiam eæ facultates debeant, non autem ad cuiusvis earum motus voluntas indifferens debet moueri, sed certè neuter motus difficultatibus hæcenus contra decretum hoc comitem plene satisfaciunt. Nam primus, & si diuini decreti infruitabilitatem planè componat, secus eius determinationis nostræ, & consensus creati libertatem, atque illius respectu huius antecedentiam certam, demonstratam non excludit, vt amplius impugnatione tertij modi clarescat. Secundus autem modus, est creatæ determinationis libertatem defendat secus diuinæ & decreti efficacia infruitabilitatem. Nam voluntatis diuinæ Catholica absoluta libertate persistente, ex non aucta hoc sympathia inferitur solum ad determinationem creatæ voluntatis nõ posse non diuinam voluntatem moueri affectiue, vt id ipsum vult, quod creatæ, non autem inferitur, quod velle illud nequeat, ipsam non volente creatæ voluntate: id enim esset mutuum, & adæquatam ex parte vtriusque voluntatis sympathiam determinationem adstringere, ac tertium modum iam proponendum sequi. Mitto cetera contra Deo sententiam, quorum pleræque, & hunc modum impugnet: certe exemplum, quod produximus non mutua, & inadæquate sympathia, quoad suas operationes, inter voluntatem, & executiua nostras potentias inter duo agentia libera non est; nec earum operationum comitantiam, sed determinationis voluntatis physicam antecedentiam, & ordine casualitatis prioritatem respectu motionis facultatum aliorum, quibus de potest voluntas dominatur, ac imperat, quæque ex eius imperio, & notu despoticè subinde mouentur, aperte probat: vt videant aduersarij nullo exemplo non mutuum hanc comitantium operationum duorum agentium liberorum induci, explicare, imò, nec concipi posse quod ipsum de mutua etiam eorumdem sympathia facile ostendam.

5 Tertius igitur modus, quo vtriusque voluntatis diuinæ, & humanæ comitans motus sympathicè excogitari, explicari potest per sympathiam mutua, æque ex parte vtriusque comitans determinatio voluntatis, est: Etenim quemadmodum in duabus Cytharis prorsus accoribus propè positis contingit, vt alterius solum fidibus pulsatis non illæ solum, sed alterius etiam cytharæ fides concordent: ac proinde vtrarumque fidium simultanea concordantia, & comitans est: ita & præfatarum determinationum voluntatis vtriusque diuinæ, & humanæ ad cooperationem, & consensum, simultatem, & comitantiam per mutua sympathiam consensum concipi, & explicari potest videtur, absque libertatis vtriusque læsione, & efficacia decreti, seu determinationis diuinæ voluntatis infruitabilitate. Siquidem neutra voluntas sine altera à Deo ter in consensum creatam, & vitalem essentia sua, à Dei voluntate, qua creatura est, atque, qua vitalis, & libera est, à creatæ voluntate pendente, ferri possit. Rursus est, à creatæ voluntate pendente, ferri possit determinationem mutua sympathia, quotiescumque alterius determinatione sit, non potest non esse determinatio alterius, quare determinatio efficacia Dei erit omnino infruitabilis, quæ vero sympathicus pure, consensus vtriusque determinationis, (quia sympathia sola operationum causalitatis ad alteram antecedentiam, & prioritatem causalitatis non requirit) solum comitans vtriusque determinationis voluntatis vtriusque erit, ac neutrius libertas re-

ratione mutua inter se connexionis, & illationis lædi poterit: cum non, nisi antecedente natura, & causalitate voluntatis cuiusvis, atque determinationis eius libertas lædi possit: quo recte omnia, quæ de utriusque voluntatis diuinæ, & humanæ actuumque ipsarum libertate, atque insuper de diuini decreti omnimoda infuitrabilitate fides, & Theologia docent, integri, & Catholice persistant. Cæterum sympathie motuum in agendo operantium diuersorum hactenus notæ, atque experimentis temperatè operationum simultarem, & comitantiam temporaneam & in duratione probat; non autem simultarem, & comitantiam causalitatis & naturæ. Imo verò alterius motus ad alterum naturæ prioritatem, in sympathico motu nostrarum facultatum ad efficacem motum, & imperium voluntatis nostrissimum est: in motu sympathico Cythararum, apud omnes etiam, est comperit eius, quæ pulsatur, fidium pulsationem, & sonum in causa omnino esse vt alterius consonetur simul tempore æque temperaturæ fides, est quanam qualitate, aut eitate consonantium altatum sonus sine pulsu immediato eorum edatur, non ita exploratum sit: in aliis similibus sympathicis motibus occitantis, & mingentis ad alterutrum visum, siue officitationem, siue iniuncturam huius alterius præfatos motus similes primos motuum illius causas esse omnes, tam Medicis, quam Philosophis statum: de modo autem causandi solum disputant, & dissentiant.

6. Sed quamvis simultanea, & comitans etiam ordine causalitatis eorum motuum sympathia mutua in naturalibus agentibus diuersis admittitur, adductisque probatur exemplis; inde in diuersorum agentium liberorum motibus traduci haudquaquam potest. Primò: quia, hoc in motibus duorum agentium, seu voluntatum proximè liberarum admisso, potest admitti inter duos Deos: vnde argumentum Patrum contra Deorum pluralitatem; quia diuersas voluntates haberent, ac volente vno mundum producere repugnare alteri sua voluntate posset, protus corrui: siquidem ex sympathia comitante hoc determinationem utriusque voluntatis eorum, neuter sine altero vellet aliquid, vel esse posset vt bene Arriaga disp. 41. à numer. 43. ac proinde non solum, quod vult alter, nolle, sed, nec, quod vult alter non velle nequiret. Respondet Ribadeneyra satis cunctis duplicis illius voluntatis eorum illorum imperfectionem ex eo, quod neutra absque alterius electione eligere posset, ac proinde neutram diuinam esse, neutrumque subinde Deum: sed Patrum argumentum non inde imperfectionem duarum illarum voluntatum, ac subinde Deorum illorum imperfectionem, & repugnantiam demonstrat; sed ex possibilitate repugnantie in suis motibus, ac decretis duplicis voluntatis illius, quæ hac motum, & determinationem duplicis voluntatis proximè liberæ admittit redditur impossibilis, Patrumque ratio corrui. Secundo, connexio cum alio in eligendo, dummodo duplex voluntas, & libertas non sit, non arguit voluntatis, & alicuius necessitate coelectionem imperfectionem, vt patet in necessitate coelectione personarum Trinitatis, quarum nulla aliis æque proxima libertate non coeligentibus potest quidem velle: quare tota imperfectio non in necessitate coeligendi, sed per voluntatem cuiusque coeligentium diuersam est: idque ob impossibilitatem simultaneæ, ac pure comitantis nec alterius ad alteram naturæ, & causalitate præcedentis electionis: sin, ostende aliunde imperfectionem in necessitate coelectionis vnius voluntatis ad aliam: id quod ostendo in ita respondentis doctrina, quam impugno: siquidem per ipsam coelectio, & con-determinationem ad operationem, & consensum utriusque voluntatis diuinæ, & humanæ mutua datur sympathicæ, vt in duabus illis voluntatibus duplicis Dei; & tamen non inde admittes inferri imperfectionem voluntatis diuinæ, nisi eam sententiam impugnes: ergo ex præcisa necessitate coelectionis, & con-determinationis duplicis voluntatis, & agentis liberi, non potest inferri alterutrum imperfectio: sed solum ex comitantia sympathicæ, quam adstruis, quæ subordinationem humanæ determinationis ad diuinam, cuiusque prioritatem naturæ excludat: quod si, vt hoc deuites, ad sympathiam inadæquatam, ac non mutuan recurras; sed solum ex parte determinationis creatæ voluntatis Dei comitari determinationem

debeat non verò suam Deus, humanam voluntatem proximè liberam, vt contendis, non tuens; imo nec rempote vt iam ostendam: & incidit iudicta contra primum, & secundum sympathie comitantis modum.

7. Secundo proxima libertas agentis liberi ad suas determinationes, & actus est, dominium absolutum physicum (quod in solidum vocatur in ciuilibus) in suas determinationes, & actus ita enim à Patribus, & Theologis cunctis recitatis d. 1. explicatur hominis libertas per dominium absolutum in suos actus, & voluntates, quia est suorum actuum Domina: atqui, mutua hac sympathia comitante admittit, neutra voluntas est domina absolute, habetve absolutum Dominium suarum determinationum, & actuum; ergo neutra est absolute libera. Probatur minor: quia absolutum dominium ciuile, & in solidum (naturalis, & physici huius agentis liberi imitarium) potestas est vtendi iure re sua absque dependentia voluntatis alterius, siue absque iniuria cuiusvis alterius, etiam renuentis; atqui hac comitante sympathia admittit, neutra voluntas potest suo actu, & determinatione vt absolute dependentia physica voluntatis alienæ, siue quia alterius adit determinatione: ergo neutra suæ determinationis dominium habet absolutum physicum. Confirmatur: quia cuiuscumque non licet iure re aliqua vt quin in illum vsum alter consecratur, non habet absolutum dominium ciuile rei illius. Confirmatur secundo: quia inde solum statum in iure; & ratione naturalis est dominium absolutum, seu in solidum rei eisdem ciuile penes duos esse non posse sed ex parte solum. Tertio, sympathia non mutua, siue ex parte vnius voluntatis mouenda necessario ea determinanda ad motum alterius, non autem à contra, non relinqueret libertatem voluntati ad alterius motum necessario determinanda: quia determinatione huius secum traheret necessario voluntatis illius determinationem, ac proinde non posset non alterius determinatio, quæ illius determinationem trahit, esse antecedens: ergo nequit non esse antecedens determinatione cuiusvis ex mutuo sympathicæ mouendis respectu alterius, cuius determinationem secum necessario, & inseparabiliter deuoluit: quare, non vnius tantum, sed utriusque mutua hac sympathia, qua seruari putatur, aboleret libertas, & determinatione antecedens utriusque determinationi inducitur. Quinto, consonat huic rationi communi Patrum d. 1. doctrina afferentium: nihil esse, quod voluntatem creatam ad suos actus detemineret, nisi eius arbitrium: Deumque in manu consilii sui, & electionis hominem, ac eius voluntatem reliquisse, quia liberum condidit; supponentes plane (vt naturalis rationis lumine constat) determinationem nullam Dei, si alienæ cuiusvis voluntatis humanæ determinationem deuoluit posse non respectu huius antecedentem esse & quæ plena huic electionem non relinquit æqua verò electio plena huic relinquetur, vel Deo etiam, si alterutrum determinatione alterius determinationem, siue qua nequeat subsistere, necessario deuoluit? Merito ergo citatus Arriaga num. 47. sympathiam hanc comitantem duorum agentium liberorum: neutraque ex parte antecedentem, imperceptibilem quid; quam distinctorum in vno tertio identitatem fatetur.

CERTAMEN IV.

Comitantis sympathie impugnationes reliquæ.

1. Vt alterius mutuan hanc sympathicam comitantiam seruata utriusque, Dei scilicet, & hominis, libertate in suis determinationibus impugno inde enim in fertur omissione libera & ex electione cuiusque, debere esse etiam liberam, & ex electione omissionem alterius, neque ab electione, & determinatione alterius determinatam, sed pure comitante huic adiunctam. Patet: quia, si vnicuique ex eis de se considerato libera, & ex electione sua ad utrumque potestas in acta primo proximo non est, nempe determinationem, & omissionem, determi-

REGA
part
Ma

juxta Recentioris istius doctrinam permitatur, non proxima solum, sed omnis diuinæ voluntatis libertas aboletur: quare debillimum Recentioris huius fundamentum quod amplius ex subsicienda statim probatione constabit.

4. Postrema contra sympathicam hanc voluntatis diuinæ, & humanæ in iis determinationibus comitantiam probatio ex communibus principis sit, quam superius attingimus contra negatam antecedentiam naturæ, & causalitatis determinationis voluntatis diuinæ, seu decreti concurrendi ad determinationem & consensum creatæ voluntatis, etenim consensus, & determinatio huius non minus proeunt à Deo, vt causa libere agente, quam à creatura: ergo, vel influxus Dei, vel debet infere, & secundum se esse exercitium liberum formale indifferentis voluntatis, seu libertatis in actu primo diuinæ, sicuti est exercitium liberum (formale libertatis in actu primo create, vel debet exercitium libertatis diuinæ supponere. Patet: nam nullo alio modo potest à Deo, vt causa libera consensus ille procedere, nisi mediata, quia ab eius libera determinatione mediare inter indifferentem, seu libertatem in actu primo voluntatis diuinæ procedit, vel immediate, quia consensus ipse, & determinatio creatæ voluntatis est formale exercitium libertatis in actu primo diuinæ: quare determinatio illa voluntatis diuinæ: si diuersa ab ipso consensu est, nequit non esse antecedens, seu pure comitans: nam consensus, nec mediata nec immediate liber Deo tunc est: nullaque alia libertas operationis respectu indifferentis potestatis cognita habetur, imò, nec cogitabilis est, nisi mediata, vel immediata & hæc quidem dicitur antecedens eius indifferentis exercitium, & determinationem aliquam pro priori naturæ, & causalitatis præsuppositam, quod eius comitantiam cum operatione mediata solum libera excludit, vt patet. Atqui consensus creatus formale exercitium libertatis in actu primo arbitrii diuini per hanc Recentiorum, & rationem non est: ergo eius arbitrii exercitium, & determinatio tota immanens diuina comitans consensum creatum non est, sed natura & causalitatis antecedens. At inquis nequit esse antecedens ea determinatio voluntatis diuinæ erga consensum creatum: quin voluntatis create determinationem secum necessario deuoluat, atque ex priori natura ad omnem viam libertatis physice inferat: verum, est determinatio illa antecedens naturæ, consensum creatum indifferentis voluntatis diuinæ determinatio sit per libere à Deo conceptum decretum indifferentem concurrenti cum voluntate create; non tamen consensus, aut (quod idem re ipsa est, concursus diuini determinatio est: quia respectu illius determinatio non est; sed ad utramvis vis omnipotentia diuinæ voluntati create applicatio, & oblatio, vt ea pro suo vtatur arbitrio, & determinatione, secumque eius influxum operationis suæ comitem trahat, vt quæst. 2. explicabimus, vbi hypothesim ad futuritionem contingentium conditionatam (qui huius disputationis scopus totus est) claram exactè constituemus.

5. Jam ex peculiariis nostris ad efficaciam auxiliorum, & gratiæ mediæ spectantibus principis comitans hæc determinationum diuinæ, & humanæ voluntatis ab hisce nostris Recentioribus inducta reicienda est. Nam primo, non minus, quam à nostro consensu, & determinatione libera nostræ voluntatis auxilium quodvis, inexpectata etiam nostra determinatione, & consensu, ex sola determinatione Dei de concursu ad consensum, quem tamen continentur sympathicè, non autem antecedente necessitate secum necessario deuolueret, efficax constitueretur id quod deorandum, imò deoratum ab hisce Recentioribus, est d. 10. de prædest. cap. 4. n. 49. *Librum inquit esse Deo sacere quod auxilium sit efficax, vel non sit efficax.* Numer. 53. *Non minus potest Deum reddere inuisibilem nostram conuersionem sub hypothesi vocationis quam nos ipsi quando eam exequimur.* Numero 55. *Dei iuxta prædeterminantes solum est in libertate similiter in nostra sententia per adiunctionem decreti emittantis.* Secundo directio scientiæ mediæ ad præfinitios actus nostros liberos per media de se indifferentia (quorum præfinitio hic cum pluribus ex nostris admittunt,

scientia tamen mediæ regulatam) nullatenus necessaria erit: si determinationum voluntatis diuinæ, & humanæ comitans solum sympathia admittatur. Talis enim inter præfinitioem & actum præfinitum æque, atque inter decretum concurrenti, & nostrum consensum admitti potest: quia, & præfinitioem inuisibilitatis, & consensus nostri libertas saluetur: sed neque hoc absurdum multum excoriabit, vt delectat, qui scientiam mediæ Deo adesse prædestinant, vt capitis solum ornamentum, non autem vt directiuam ad prædestinationem supponi, contra omnes nostros Doctores, ausus est asserere, alio ductus argumento, quod nos ipsi Theologiae auditores Recentissimi contra scientiam mediæ, & pro Suárezianis præfinitioibus primum in nostratum Theibus obiectionibus; nec maturores Theologi satis facile diluimus, vt controu. de prædest. videbitur. Tertio, quam indistinctè hi Recentiores à Dominicanis præfinitioibus discurrant vidimus certè. Nam statuta determinationum sympathia, & præfinitio prædeterminatiua consensus nostri comitans solum esse potest, & concursus determinans ad consensum per modum causalitatis nostræ operationis erit: non autem per modum causæ effectiue, & naturæ ordine antecedentis, sed affectiue solum, & naturæ ordine antecedentis, tua hæc sympathia recurras. Denique Recentiores hoc impugno ostensione falsitatis fundamenti eorum alterius, & suo iudicio præcipui: quia ex decreto hoc comitante claret, nouam esse orationis ad Deum materiã nobis plena potestate ad consensum constitutis ipsam consensum, quem nobis Deus potest decreto suo comitante asserere. Si enim plena potestas nostra ad consensum constituta per decretum indifferentem sit, nec comitari alio opus nostra de liberata indifferentem sit, nec comitari alio opus nostra potestatis erit consensus, ac subinde inepte ab alio, in cuius potestate non est, petetur, vt rectè Augustinus c. 18. de natura & gratia his verbis aiebat: *quid scilicet quam orare, vt facias quod in potestate habes?* Sed argumento eodem sympathiam comitantem determinationem reitio, vel enim necessitas decreti huius comitantis ad consensum, & determinationem nostrã plenam nobis in actu primo proximo potestatem ad consensum nostrum relinquit, vel secus? si non relinquit, nec relinquit nobis libertatem: si relinquit, relinquit etiam nobis potestatem, vt determinatione, & consensu nostro comitante etiam Dei decretum, & determinationem trahamus: *quid ergo* (vt verbis Augustini utar) *scilicet quam orare, vt facias, consensum, & subinde Dei comitantem determinationem, quod in potestate habes?* Nec enim dixit solum, quod non est in alterius potestate, sed *quod est in tua*, vti in nostra esse, & determinationem nostram, & ob comitantem connectionem Dei determinationem, & decretum concurrenti Recentior iste fatetur. Adde Augustini verba de potestate ad rem, quam agere possumus effectiue, seu actiua & ex actiua etiam iure naturæ, esse contra Pelagianos, & Semipelagianos, qui pro debitis iure naturæ rationali creaturæ orare nos Deum posse, imò nihil amplius nos, & Ecclesiam orare, cum Deum pro exercitio virtutum nostro oramus, contendebat, vt gratiam Dei ultra naturæ debitum non admitterent. Decretum autem concursus diuini necessarium nobis ad consensum, & solum ratione ipsius determinationis nostræ voluntatis, seu consensus inita debita nobis iure naturæ, & creationis sunt: quare nec pro decreto concurrenti, nec pro consensu præcise, vt decreto illo nobis potest adduci, preces ad Deum nisi ineptè, fundi à nobis possunt, fundantur autem prudentissime, atque apertissime, fundique ex Augustino, & Catholicis contra Pelagianos, & Semipelagianos à nobis debent pro eis, quæ potestatis nostræ actiue naturalis vel exactiue non sunt, nondamque ex Dei gratia habentur: de habitis enim oratio non est, sed gratitudo: cuiusmodi est auxilij gratia, quod nondum habemus, efficacis donatio, & de eo conferendo misericors Dei voluntas: ratione quarum bonum consensum nobis Deus donat, & principaliter in nobis operatur, eis autem positis ac præhabitis consensum nostrum à Deo petere stultum foret.

REGA
par
via

CERTAMEN V.

*Decretum comitans, etiam extrinsecus
constitutum, ac Scientie medie subni-
xum admitti nequit.*

I. **P**refata impugnationes decreti concurrenti comitantis in iis, qui decretum Dei per extrinsecos effectus, & operationes constituunt eandem vim omnino omnes non habent: etenim, qui constituit per intrinseca Deo adæquate docent antecedentiam, & decreti huius, & connexionis cum determinatione, & consensu creatæ voluntatis, atque euerfionem creatæ libertatis vitare non possunt: vt fusè hæcæus contra ipsos monstratum est; id quod in constitutibus decreta libera Dei per extrinseca, æquum locum non habet: cum Dei decretum concurrenti, & determinatio libera in actu secundo consensu ipso, & operatione creatæ voluntatis, quæ actus secundus, & determinatio huius voluntatis est, compleatur: ac proinde ad idem posterius natura respectu libertatis creatæ spectat, cui propereca officere nequeat, cum natura & causalitate exercitio eius libertatis non præcedat: solaque indifferens voluntatis diuinæ, sicuti & humana, ante vtriusque exercitium determinatum, ac liberum consensui creaturæ identificatum supponatur solum, quæ certam, 3. a. n. 6. ex mutua dependentia duplicis agentis liberi in se determinando, & operando, adhuc comitanter, vtriusque libertatem euerfionem probant, in hac etiam constitutione decretorum Dei liberorum per extrinsecas operationes, & effectus æque probant: vt ea perpendenti, & penetranti facile clarebit: pro euerfione autem creatæ libertatis speciatim in hoc modo constituendi decreta libera Dei nihil profus est, quod appareret adhuc, pugnet, vt nuper ostendimus: sed nec pro decreti frustrabilitate: cum enim vtriusque exercitij liberi voluntatis vtriusque constitutum idem ipsum sit, nempe, & Dei concursus, & operatio, seu consensus illi identificatus creatæ voluntatis, neutrius exercitium liberum alterius exercitio deficiente esse poterit: alterius vero exercitio deficiente non poterit non alterius exercitium liberum deficere: quare neutrius decretum, seu determinatio libera poterit vllatenus frustrari solum in hac etiam constitutione decretorum Dei per extrinseca duæ in re presentis difficultates restant. Prima liberum vtriusque voluntatis exercitium casu in eundem consensum, & operationem concurrere. Secundo decretum efficax Dei, nec potius, nec maiore, specialioreque, ac strictiore titulo infustrabilitatem habere, quam efficax consensus creaturæ: cum solo titulo identitatis necessariæ vtriusque efficacis voluntatis & determinationis sit: hoc autem concedere periculosum in fidem, & temerarium est: cum efficacis voluntatis Dei infustrabilitas, vt Dei propria à scriptura, Patribus, & Theologis proclamatur: & hæc sane difficultas æque necessariam comitantiam sympathicam determinationem ex æquo diuersarum, vt infustrabilitati diuini huius decreti succurratur, excogitatum conuellit. Dixi duas has difficultates, quod ad præsens attinet in constitutione decretorum Dei per extrinsecas operationes, & effectus superesse, quia ex falsitate eius constitutionis decretorum Dei per extrinsecum quidvis, à capite modus hic defendendi comitantiam huius decreti concurrenti cum determinatione, & consensu voluntatis creatæ satis superque impugnetur: verum eam constitutionis huius falsitatem ostendere alterius loci & fusissime disputationis est, vt contr. 4. videbimus.

2. Igitur, vt tribus hisce præsentis loci difficultatibus reliquis occurrant ad scientiam mediam, qua Dei de suo concursu decretum innitatur natura sua, ac necessario regulatur recurrunt. Inde enim, nec Deus casu concursum decernit, nec frustrationis decreti sui periculo se exponit nec solo titulo necessariæ comitantie cū determinatione liberæ creaturæ infustrabile decretum efficax concipit, nec libertas proxima alterius voluntatis violatur; siquidem Dei decretum conditionatè præuisum exercitium voluntatis creatæ supponit, cum comitem se absolute

Deus per illud decretum adiungit: cum tamen liber omnino tunc sit, vt non se adiungere possit: quare neutrius libertas violatur, nec casu, sed à consilio Deus se ad cooperandum creatæ voluntati adiungit: nec solo titulo necessariæ comitantie vtriusque determinationis, communi vtriusque creatæ, ac diuinæ voluntati Dei decretum infustrabile est; sed ex essentiali ipsi soli determinationis creatæ conditionatæ præuisione. Ita has difficultates præueniunt Valquez, Arrubal, & Valquiari reliqui citati cert. 1. qui Dei decretum per extrinseca constitutum: quorum hæc in re doctrinam approbant & subtiliter defendunt ibidem citati Murciani Recentiores, licet in constitutione decreti liberi Dei ab eis dissentiant. Possunt autem reliqui comitantis sympathicæ determinationem vtriusque voluntatis diuinæ, & humanæ, et si Dei decreta per intrinseca Deo, omnino constituunt, vt impugnationes datas, vel soluant, vel mollius excipiant, ad necessariam hanc regulationem decreti Dei recurrere: & quidem, tam constituentes decreta Dei per extrinseca, quam constituentes per adæquate intrinseca Deo, hypotheseim, sub qua consensus, & determinatio creatæ voluntatis conditionatè futura videatur à Deo, vt de se concurrere statuat, atque ex parte sui cooperationem adiungat, non eodem modo constituitur; quidam enim ex parte hypotheseim cum vocatione indifferente decretum Dei de sua cooperatione constituitur, y. g. Si vocauero Petrum, & decerero conuenire ad bonum consensum consentiet: ita ceuiter Valquez altero ex citatis locis expresse, altero vero æquialiter, nempe si vocauero Petrum, & non subtraxero neque concursum consentiet; neque enim subtrahere suum concursum aliud formaliter est, quam ipsum non decerere: quare negatio subtrahendi concursus à Deo ipsimum est, quod concursum decerere: ac proinde si non subtraxero tan undem valet, imò idem ex parte rei significans est, ac, si concurrere decerero. Alij verò cum Arrubal, siue intrinsecus, siue extrinsecus decreta libera Dei constituant, hypotheseim sola vocatione complere possunt Deique, & nostram determinationem, & operationem vt simultaneè conditionatè futuras, pro posteriori ad eam hypotheseim collocare: vtrius autem modo futurum conditionatè consensus quouis decreti regulatur ostendenda est impossibilis, vt comitantis decreti concurrenti omnimoda ostendatur repugnanti.

3. Atque decretum ex parte hypotheseim ad futuritionem conditionatam consensus nostri, cuiusque scientiam mediam non posse constitui probatur facile contra Valquez, & affectas decretorum Dei per extrinsecos effectus, & operationes constitutores. Etenim decretum liberum Dei de concursu cum nostra voluntate ad consensum voluntatis creatæ ipsa per vos concursus, seu effectus extrinsecos essentialiter constituitur: ergo nequit ex parte hypotheseim poni decretum liberi Dei, quin extrinsecus concursus, & effectus Deo etiam ex parte hypotheseim constituantur, est per se notum æque, atque nihil posse alibi neque in signo aliquo sine seipso esse. Atqui extrinsecus effectus, seu concursus Dei idem ipsum est, quod concursus, seu consensus voluntatis creatæ: ergo nequit Dei decretum, & subinde concursus extrinsecus, quem, vt essentialiter constitutum, claudit, poni ex parte hypotheseim, quin consensus, seu operatio creaturæ, ex parte etiam hypotheseim eiusdem, ponatur: est æque per se nota, eademque ratione consequentia hæc, atque præcedens. Atqui idem nequit poni pro hypotheseim ad futuritionem propriam, & contingentem sui ipsius, neque ad scientiam mediam futuritionem suæ contingentis conditionatæ, sed solum ad futuritionem ineptam scientiam; ergo, in horum constitutorum sententia, nec potest poni ex parte hypotheseim decretum concurrenti ad consensum nostri futuritionem conditionatam & scientiam. Consequentia bonitas reductione ad impossibile, seu ad duplex contradictorium à quouis facile demonstrabitur. Antecedens probatio. Nihil enim contingentem existit in aliquo ita essendi sub conditione, quod existat. Ac rursus, non nisi inepta scientia est, si per se existat, existit, nedum acutissima peripateticissima, laborumque Deo digna conditionatè scientia. Adde argumentum aliud quod constitutores etiam decretorum per Deo intrinseca confert. Simultanea naturæ existentia determinationem non sufficit ad constituendam futuritionem conse-

tionatam vnus sub hypothefi alterius, siue vt vnus, vt alius causalitatis nec ordine naturæ, & causalitatis priorat: at per vos decreti concurrenti, ac determinationis seu consentus nostri sola est simultanea naturæ, & ordine causalitatis existentia: ergo decretum nequit esse hypothefis propriæ futuritionis conditionatæ nostri consentus; quare nec scientia propriè conditionatæ de hoc sub hypothefi illius poterit haberi. Ratio maioris est: quia conditio, quæ apta est ad hypothefim futuritionis conditionatæ alterius constituendam, debet vltra coexistentiam virtutis, aliquem influxum, siue physicum siue intentionalem habere: quare abique ratione causæ veræ, & prioritatis naturæ siue physicæ, siue intentionalis respectu eius, cuius conditionatæ futuritionis, vel hypothefis est, vel hypothefim constituit, nequit ad eius hypothefim pertinere.

4. Dices: id verum esse, si inter simultaneam solum ordine causalitatis nec ordine naturæ, & causalitatis priorat, & posteriorat necessaria connexio absit, vt inter galli cantum, & Turcæ conuersionem simul exituram, aut, si inter vnus existentiam, aut futuritionem ad alterius existentiam, aut futuritionem simultaneam sit connexio, vt in sympathia comitante determinationum virtutis voluntatis diuinæ, & humanæ optime vnus posse hypothefim futuritionis conditionatæ alterius extremi constituere: contra tamen: quia, est conditionatæ, quæ disparatæ vocantur, vt conuersio Turcæ, si gallus canet, simul exituris conuexio ex Dei decreto accedat, (vt pluribus quæ in scriptura futuritionem conditionatam solum accessit) tamen neutrum eorum ad futuritionis propriè conditionatæ extremi alterius hypothefim constituendam potest pertinere: ergo connexio simul exiturorum factis non est, vt alterum possit hypothefim futuritionis propriè conditionatæ alterius constituere: sed requiritur virtus, vt aliquo modo siue physica siue intentionalis causa eius, quod sub eo conditionatè est futurum, Dices: connexionem hanc ex decreto Dei conditionatorum de se disparatorum extrinsecam, & mere voluntariam illis ex alterius nimirum voluntate esse: determinationibus verò virtutis voluntatis diuinæ, & humanæ necessario ex sympathia comitante simul determinationibus esse intrinsecam, & vnique eorum naturam. Item (vt omnia simul horum effugia montremus) in decreto concursus Dei respectu determinationis, & consentus nostri aliquis præcedentia, vltra mutuum connexionem adest, est non causæ, causalitatis tamen Dei quæ in nostrum concursum, & determinationem, consentumque nostræ voluntatis, quasi reflexa tendit causalitate: quæ præcedentia causalitatis, est causæ, & prioris naturæ (quæ comitantiam virtutis absolute excludit) non sit, factis tamen est, vt decretum Dei ad hypothefim futuritionis conditionatæ consentus, & determinationis nostræ possit pertinere. Ostendi supra præcedentiam hanc causalitatis decreti diuini de suo extrinsecò concursu, & nostro concursu, & consentu ipsius identificato esse veræ causæ, & prioris naturæ respectu nostri concursus, seu consentus diuino concursui identificati, quo comitans sympathia virtutis determinationis, nostræ nimirum, & diuinæ excludebatur, atque ostendebatur pura comitantia virtutis determinationis seruata non posse decretum Dei futuritionis conditionatæ consentus, & determinationis nostræ hypothefim constituere, vt argumento contendimus proximo; sed aliunde iam ex vniuersali principio præfatas omnes solutiones præcludimus: ostendimusque eas potius omnes decretum concursus diuini ab hypothefi futuritionis propriè conditionatæ consentus, & determinationis nostræ profus excludere: sic autem ostendo.

5. Connexio necessaria, siue pure comitantæ, siue causalitatis vnus extremi ad aliud, excludit ab hypothefi futuritionis conditionatæ alterius extremi illud, quod cum eo ita necessario connexum est: atqui decretum efficax Dei de suo concursu cum nostra determinatione, & consentu Dei concursu identificato necessario connexum est cum nostra determinatione, & consentu: ergo necessario excludendum est ab hypothefi futuritionis conditionatæ propriæ nostri consentus. Decursus est legitimus. Minor, & aduersariorum doctrinæ

Christoph. de Orbegau, de Deo Vno. Tom. 1.

na, & omnibus nota est. Maior probatur: necessitas illationis inseparabilis à necessaria connexionem vnus extremi ad aliud, siue absolute positi, siue in hypothefi, excludit huius alterius contingentiam, siue absolutam, siue conditionatam sub illius extremi, sub quo in hypothefi solum posito fore enuntiat, sub qua proprie conditionatæ futuritio alterius est, huius alterius contingentiam seruare debet: ergo necessitas illationis inseparabilis à necessaria connexionem vnus extremi ad aliud excludit illud ab hypothefi futuritionis propriæ conditionatæ alterius, quod cum ipso necessario connexum est. Maior est certa, Minor est apud nostrates omnes indubitata: imò, & apud Dominicanos scientiæ mediæ aduersarios, qui, vt pure necessariam, ac non mediam inter absolute necessariam, & absolute liberam eam futuritionem, cuius scientiam probent, decretum, & auxilium de sele efficaciam, ac necessario connexa in hypothefi ponunt, & decretum insuper de conditionatæ futuritione ex parte obiecti conditionatum, est ex parte subiecti, & actus absolutum; eademque de causa disparatæ conditionatæ nostræ extrinsecus ex decreto Dei necessario connexa pro conditionatæ futuris scientiam hanc non futuri proprie conditionari esse, nec mediam, sed profus absolute necessariam, & naturalem, si ex parte hypothefis cum auxilio decretum Dei efficax concurrenti cum creata voluntate ad futuritionem consentus apponatur: ac subinde decretum ei scientiæ innixum, nec scientia media dirigi, nec regulari, sed necessaria profus, & quæ difficultates propostas non emolliat. Inferitur secundò: posito ex parte hypothefis decreto efficaci concurrenti ad nostrum consentum ratione suæ necessariæ connexionis, cuiusque auxilio in hypothefi apponatur, consentum eodem modo conditionatum fore, cuiusque scientiam a quo titulo mediam & regularium decreti esse ab his authoribus dici debere: quod Vasquez, & reliqui firmiter negant, ac negare debent, esset enim admittere efficaciam ex parte antecedentis physice ad nostrum consentum necessariam esse ad illum, est non intrinsecam auxilij, & vocationis entitati, aut intrinsecam decreto ex parte hypothefis & in eodem signo, & priori naturæ ad consentum conditionatum, & absolute ad absolute vocationi adiungendam.

6. Subtiles, sæpeque laudati à nobis Murciani Recentiores, ex adiunctione efficacis decreti vocationi ex parte hypothefis ad consentum sub ea futurum, aiunt, non inferri fore determinatè consentum, sed disunctum, vel consentum, vel mansurum decretum sine consentu, ac proinde frustratum; seu, quod idem est, non mansurum ex suppositione, quod sit pro priori hypothefis, quam constituit ad futuritionem conditionatam consentus, & absolute ad eius futuritionem absolutam: cum autem determinatè non inferatur, sed disunctum consentus, vel contradictio manendi, ac non manendi decretum, ex decreto in hypothefi, manet adhuc contingencia, & liberas voluntati creatæ ad consentum ex sele apponendum: cum ad vnum extremum determinare necessitas non sit: ingentes tamen huic solutioni gratias habere possent Dominicani præfinitores, ac prædeterminatores; si vel probabiliter haberet: etenim eorum præfinitio, & prædeterminatione eodem modo differret: nempe necessitate sua, & antecedente connexionem cum nostro consentu, non inferre illum determinatè, sed illum, vel contradictorium essendi, & non essendi prædeterminationem, & præfinitioem suppositas, vel in hypothefi ad conditionatum, vel absolute ad absolute: nec grauaretur scientiam, & consentum conditionatum appellare, & contingentis in eo statu futuri, si id in nostris, & veris principij passuros nos crederent. Verum nihil vero simile ea doctrina habet: etenim libertas in actu primo, seu indifferens voluntatis potestas physica vera, ac non ficta, est ad duplex extremum disunctum sit, ac non ad alterum determinatè, debet esse ad duplex extremum possibile, ac sibi possibile disunctum apponi: atqui alterum disuncti à se assignati

REGA
part
Ta

extremum, est chimera, & impossibilis positu, non solum voluntati, sed Deo etiam, contradictio scilicet, non esse quod supponitur in hypothese, & ex parte actus primi esse: ergo per illud disjunctum non saluatur voluntatis eiusque consensus siue ex hypothese decreti, siue ex absoluta eius positione, vel conditionata vel absoluta libertas. Confirmatur: quia ex determinatione voluntatis quouis genere connexionis ex hypothese ad consensum determinate oritur alterum extremum contradictionis, hypothese adhibite disjunctum logicè inferri: si enim ea hypothese connexionem necessaria sua consensum determinate non inferret; haudquaquam ex negatione consensus contradictorium hypothese decreti inferretur, esseque illud, & non esse: ut non inferretur contradictorium hypothese omnino indifferentis ad consensum, & eius oppositum: & hoc principium est, cui tota reductio ad impossibile ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis innititur: ergo ex consensu vel contradictorio hypothese disjunctum logicè inferendo expositione decreti ex parte hypothese potius inferretur necessitas determinate consentiendi: quare eius scientiam sub hypothese decreti nullatenus mediam de eo consensu esse, quareque nostræ libertatis conditionatum supponat consensum eiusque directione decretum hoc libertatem non lædat, atque propositæ difficultates componantur.

7 Secundus modus constituendi hypothese non ex decreto concurrenti, sed ex vocatione, & circumstantiis aliis, & decreto Dei ex parte consequentis cum nostro consensu v.g. *Si vocauero Petrum in his circumstantiis ambo determinabimur & concurremus ad eius consensum* aptior est doctoribus decreti huius comitantis in eo quippe obiecto omnis antecedentia decreti diuini ad consensum nostrum excluditur, paraque comitantia vtriusque seruatur; sed certè, cum ante scientiam illam mediam eius obiectum debeat præcedere omnino independentè ab ipsa, determinatio seu decretum concurrenti sub illa hypothese simul ex parte consequentis cum nostra determinatione præsumitur, nequit esse regulatum per scientiam mediam. Vnde inferitur primo: decretum concurrenti cum nostra voluntate ad nostrum consensum essentia sua non dirigi à scientia media. Patet: quia nihil absque essentia sua in statu vilo esse potest: atqui decretum concurrenti in statu illo futuritionis suæ conditionatæ comitanter cum nostro consensu ponitur non regulatum per scientiam mediam: ergo decretum concurrenti essentia sua non regulatur per scientiam eam. Si enim hoc essentia sua haberet, nullum decretum absque ea directione, & regulatione esse in vilo statu posset. Inferitur secundo: illud decretum Dei, & determinationem, seu consensum nostrum conditionatum comitanter, casu, ac non à Consilio in eo statu adiungi, neutriusque in illo statu, siue status illius seruari libertatem: nec magis, seu strictiori titulo decretum Dei quam nostræ voluntatis determinatione natura sua esse infrustrabile: hæc siquidem omnia sola essentiali regulatione, & præsuppositione scientiæ mediæ ad decretum concurrenti saluare Doctores isti tentabant. Inferitur tertio: decretum absolutum concurrenti, quod non, nisi scientia mediæ præuia ex eiusque directione, & regulatione essentia sua, iuxta hanc solutionem, concipitur diuersæ essentia, & naturæ esse, atque conditionatum illud quod absque scientiæ mediæ regulatione sub hypothese vocationis comitanter conditionate fore cognoscitur; cum alterum ex specie sua non reguletur, imò per illam repugnet, ut vidimus, dirigi ac regulari: quare, si hoc regulatum essentia sua per scientiam mediam absolute positum eas difficultates in statu absoluto euadat, & positum ad scientiam aliam reflexam sub hypothese, non solus vocationis, & aliarum circumstantiarum, sed scientiæ mediæ directæ de illo altero decreto conditionato irregularo, & irregulari per scientiam mediam illas etiam in statu futuritionis conditionatæ euacuat; secus autem illud, quod scientiæ directæ conditionatæ irregularum, & irregularabile

per scientiam mediam eas euacuat, ut patet. Quod si dicas: decretum hoc scientiæ alia conditionatæ regulari, vel procedendum in infinitum scientiarum conditionatarum reflexiorum, & reflexiorum erit; vel deueniendum tandem ad decretum conditionatæ futurum sub hypothese vocationis, & circumstantiarum indifferentium absque vlla scientiæ mediæ ex parte hypothese posita, ad quod scientiæ mediæ prima terminetur, in quo argumenta hæc omnia instaurantur.

8 Ex his autem rursus eandem doctrinam impugno: etenim, cum in hac questione decretum Dei concurrere diuinum necessarium creatæ voluntati, ut operetur, seu eius consensu, & operationi, ut existat dependentè à Dei causâ vniuersalis primæ influxu, & voluntate, ut ex infuncto prædicato creatæ causæ, & operationis debet, hæc existere, & illa operari, quin absque Dei voluntate, & cooperatione, vel voluntate creatæ operari, vel eius operatio existere possit: admissio semel decreto Dei de suo consensu, & cooperatione cum creatura, seu creatæ voluntate, quod quidem possibile sit ac non factum, & tamen sufficiens, cum ad possibilitatem operationis creatæ voluntatis, tum ad eius etiam conditionatam futuritionem, & scientiæ mediæ irregularum, & irregulabile (vti in decreto concurrenti comitanter cum consensu nostro conditionatæ futuro in obiecto primæ scientiæ conditionatæ, directæ his Doctoribus admittendum est) non est decretum necessarium causæ primæ illud aliud scientiæ mediæ regulatum, sed prolixius foreogatorum, de quo nulla in præsentibus controuersa est: siquidem questio eadem foret, cum questione de possibilitate Soarificiarum præfinitionum consensus liberi per scientiam mediam regulatarum examinanda, & negatiue definienda controu. 4. ex nostræ libertatis solutione, argumentis impuratur, ac præmaturè hic non instruendis, sed propria illa questionis eius seculæ valde eis ad huius præsentis modi impugnationem, ut voce arguat poterit quibus aduocare; quin rectè scribenda methodo, vel anticipatione, vel molestia repetitione, officiat. Satis nunc fuerit offendisse ex præfinitionum Soarificiarum nullius sententia necessitatem, ad voluntatis creatæ operationem, & consensum doctrinam (etsi vera sit) perperam ad decretum concurrenti necessarium ad creatæ voluntatis operationem, & consensum ab his Doctoribus induci. Mitto impugnationes alias, quibus (admissa regulatione necessaria, & essentiali decreti cuiusvis Dei de sua cooperatione cum creatæ voluntate ad consensum) insunt Recentes, & decreti concurrenti, & nostri consensus libertatem euerit ex essentiali scientiæ mediæ præsuppositione. Hæc quippe impugnationes, earumque solutiones, quæ possunt adhiberi, fufius examen, quam possit hic haberi requirunt: nempe dum agatur de decreto concurrenti auxilium efficacè, quod explorato apud nostræ scientiam mediam supponit, vt prædestinationis diuinae certitudo cum nostra libertate Catholice consistat: quare tarum omnium impugnationum, & resolutionum rigidum examen ad controu. de prædictis spectat. Mitto denique scientiæ mediæ ad decretum concurrenti obiectum scientiæ mediæ ad decretum concurrenti concipiendum præuia, ac directiue comitantem; scilicet esse scientiam mediam consensus voluntatis, non qui sub hypothese possibili esset; sed sub hypothese impossibili, quod voluntas absque Dei consensu posset operari, se enim ipsa chimericam solutionem esse, & scientiam conditionatam præuiam impossibilem adstruere satis prodit. Porro, quæ pro hoc decreto comitante Ribadeneyra multum, atque mendacitatus obicit ex dominio Dei in actus bonos deputatæ nobis dictis supra dum præcipua eius argumenta ter à nobis dictis contra ipsum instantes, vt remittendi actus prauos contra ipsum instantes, vt res longius singulariter referre, ac diluere, ac instare oportet (quod valde od.) negotij, & laboris fuerit.